In nomine Domini Amen. Noverint universi ac singuli praesens publicum ~~hoc~~ instrumentum inspecturi ac audituri, — quod anno a Nativitate Domini Millesimo quadringentesimo decimo tertio, indictione prima, die vero solis, penultima mensis octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris ac Domini nostri Domini ~~divina~~ Leonis divina providentia, Papae decimi anno primo. In mei notarii publici, testiumque infrascriptorum ad hoc vocatorum et rogatorum praesentia personaliter constitutus Honestus Clemens Gorsner quondam civis Budissinensis sanus corpore et mente, ac per omnia bona frueus ratione Animadvertens huius perpetranatis et peregrinosae vitae finem, Et quod nihil certius morte, hora quoque eius nihil incertius, ideo, dum mens adhuc rationis regitur et animus viget, volens, suae ac suorum pro pinguorum animarum salutem procurare ob honorem cunctipotentis Dei — maeque inviolatae genetricis semper virginis Mariae ac sancti Gnoffrii confessoris, non vi, metu dolo vel fraude aut alicua sinistra machinatione circumvenatus, quin immo ex libera ac spontanea voluntate matura, ut asseruit, deliberatione praehibita, ac ex eius certa scientia omnibus melioribus modo, via, iure causa causa et forma quibus de iure potuit et debuit efficatioribus, Ad vicariam sancti Gnoffrii in Ecclesia collegiata Sancti Petri in Budissin dissuensis pro uberiori Vicarii eiusdem sustentatione ac firmiori essentia eleemosinarum de eadem vicaria hactenus distributi solitorum ac distribuendorum in futurum honorabili Domino Ambrosio Falke, tunc vicario existente, eodem personaliter praesente, acceptante annuente et consentiente, Disposuit, dedit et donavit. donatione certa. legitima valida perfecta et irrevocabili, ac transtulit et supportavit sine spe reposcendi, modo tamen, infrascripto, et non aliás. pure. libere. et. simpliciter. Quasdam litteras triginta Hungariadinum et quadraginta Rhenensium aureorum summae capitalis una cum eadem ac annuo censu octo marcarum a Armno Alberto de Schreibersdorff quondam capitaneo in Budissin, super quibusdam laicis suis et eorum